

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio f
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Prelacio f:

Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.
Apostolus
exponere uoluit quid sit episcopatus
quia nomen operis est, non honoris.

Scopos quidem intentio est; ergo episcopum, si
uelimus, Latine superintendere possumus dicere ut
intelligat non se esse episcopum qui praesesse dilexerit,
non prodesse.

Augustinus libro XIX. de ciuitate Dei.

Fons proximus:

Unde Augustinus dicit, XIX *de Civ. Dei*, quod
Apostolus dicens,
Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat,
exponere uoluit quid sit episcopatus:
quia nomen operis est, non honoris.

«Scopos» quidem intentio est. Ergo «episcopoin», si
uelimus, latine «superintendere» possumus dicere: ut
intelligat non se esse episcopum qui praesesse dilexerit,
non prodesse.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 185.1.resp.1 (P. Caramello ed., p.807).

Fons primus:

Propter quod
ait apostolus:
Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

Exponere uoluit quia sit episcopatus,
quia nomen est operis, non honoris.
Graecum est enim atque inde ductum uocabulum, quod
ille qui praeficitur eis quibus praeficitur superintendit,
curam scilicet eorum gerens;
σκοπός quippe intentio est; ergo ἐπισκοπεῖν, si
uelimus, Latine superintendere possumus dicere, ut
intellegat non se esse episcopum, qui praesesse dilexerit,
non prodesse.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 19.19 (CCSL
48, B. Dombart ed., pp.686-7, ll.22-30).